

familia mea

salve! quod nomen tibi est? eheu! noli ¹ timere. non sum monstrum! sum amicus! nomen mihi est Cerberus. visne audire fabulam meum?

familiam magnam habeo. matrem habeo. nomen matri est Echidna. est mater bona. matrem amo! patrem habeo. nomen patri est Typhoeus. est pater bonus. patrem amo!

habeo duas sorores. nomina sororibus sunt Hydra et Chimera. quoque² unum fratrem habeo. nomen fratri est Orthrus. fratrem et sorores amo!

omnes in familia amo, sed homines familiam non amant. homines matrem vocant "mater monstrorum". mihi non placet. in spelunca³ cum familia habitabam. sed... nunc... familia mea mortua est. homo matrem necavit et nunc pater meus sub vulcano habitat. et... homo sorores et fratrem necavit. solus⁴ sum.

cur homines familiam meam necaverunt? tristis sum!

¹ noli - don't!

² quoque - also

³ spelunca - cave

⁴ solus - alone